

USUS PRACTICUS E VERSU I.

- (1) De fuga dictum Pf. LV, 8.
 (2) Magistratus iniqui irate immeritâ succensi furorem declinare, illicitum haud est.
 (3) Latebræ aut speluncæ suum quoque habent usum. Jud. VI, 2. i. Reg. XVIII, 13.

USUS E VERSU II.

- (1) De miseratione divina dictum modò Psalm. LVI, 2.
 (2) De fiducia in Deum protectorem vid. præc. I.
 (3) Alæ seu protectio divina, benignissima, fortissima, saluberrima.
 (4) Ærumnæ piorum, utut multiplices gravesque perennes tamen haud sunt, sed prætereunt: vid. Psalm. LV, 9. LXXXI, 8. Jef. LIV, 11.

USUS E VERSU III.

- (1) De invocatione Dei nullibi non in Psalmis.
 (2) De Dei celsitudine inque homines benignitate. in L. de Deo.
 (3) Esto, cingant nos ærumnæ, cingit tamen multò propius ætiusque sibi confidentes Dominus. Finit quoque idem adversitates nostras tempestivè, 1. Cor. X, 13. 2. Cor. IV, 17.

USUS E VERSU IV.

- (1) Cœleste est auxilium. (h. e. alterius planè generis, atque sunt terrena hac fragilia,) quod à Deo precibus impetramus. Mittitur illud tempestivè, mirabiliter, evidenter.
 (2) De Salute in Jesu Salutari nostrò passim.
 (3) Hostium furor est anhelans atque fervidus. opprobriis pessimis expressus, nil nisi perniciem nostram desiderans. Sed ne metuas, anima, nec despera, nam
 (4) Gratia ac Veritas Dei in procinctu stant, mitentur tibi in prasidium. v. L. de Deo.

USUS E VERSU V.

- (1) Homines quandoque leoninam superant rapacitatem, bellisque sepe jores comprobant. Peccati corruptio.
 (2) Versans inter hujusmodi belluas, cum Daniele se committat Deo in solidum.
 (3) Flammantibus hostium furoribus pii opponunt patientiam ovinam.
 (4) De lingue aculeata damnis dictum Pf. LV, 22. Conf. Matth. V, 22. Prov. XXV, 18. Jer. IX, 8. XVIII, 18. Sirac. XXVIII, 24.
 (5) Esto, inferantur fame nostræ vulnera non pauca, Deus tamen est, qui innocentiam manifestat, & mirè cuncta sanat.

USUS E VERSU VI.

- (1) Exaltatur Deus alioqui Celsissimus, quando ipso facto se gloriosum super quosvis oppugnatores nostros ostendit.

PSALMI LVIII. DISPOSITIO

Doctus impius. Manipulus impiorum. Protervè impij.

Traditur hîc I. magnatum injustorum increpatio: ubi (1) increpati vocantur Filii Adam: v. 2. (2) vitia reprehensa: (a) justitiæ suppressio; quippe revera mutos se ad bonum exhibebant: justiti-

A (2) Utut cœlorum moles atq; vastitas tam immensa sit, ut vix numeri sufficiant mensuraque, ad altitudinem capacitatemque ipsorum exprimendam, nil tamen sunt hæc omnia ad Creatorem infinitum collata.

(3) Gloria Dei est ineffabilis. Totus terrarum orbis, cum quibusvis suis incolis, haud sufficit, quomodocunque eandem illustrare. Quid ergo meus tuusque hymnus, ô homo? nihilominus ad hanc unam Dei gloriam tendere debent universa nostra: 1. Cor. X, 31.

USUS E VERSU VII.

(1) Retia, tam per demones quàm homines, struntur ubivis innumera, quibus vel conscientia, vel fama vel facultates, vel familia, vel vita periclitari possent ipsæ: sed licet nos securi hæc non advertamus, advertit tamen regitque nos Deus noster invocatus.

(2) Eadem fovearum ratio, ante faciem paratarum, ut incisuri videamur. Sed retrahet nos Dominus, quod in altera demum vitâ angeli patefacient plenus.

(3) Malum consilium consultori pessimum. Foveam Danieli paratam, adversarii sibi ipsi exitialem experientur, Dan. VI, 24. sic Haman Furcam, Esth. VII, 10. Pharao marinas aquas: Exod. XIV, 28. Saul Davidem confossurus; 1. Sam. XXXI, 5. &c.

USUS E VERSU VIII.

(1) Non placent Deo Psalmi cantilenæque, nisi proficiantur ex corde: Matth. VII, 21. XV, 8.

(2) Cor itaque ad gratitudinem devotè disponatur, solidè contra fastidium confirmetur, à divagationibus arceatur, &c. non sine causa gemantur verba: paratum est, paratum est cor meum.

USUS E VERSU IX.

(1) Torpor non rarò pios occupat: hinc excitam se ipsos; evigila! evigila! conf. Rom. XIII, 11. Eph. V, 14.

(2) Pellenda fortiter sunt quævis mundi somnia deliciaque, oculique ad lucem cœli irradiantem aperiendâ masculè.

(3) De musicâ nabliorum citraque instrumentali passim.

(4) Matutinum tempus optimè locandum ad Dei laudes nostramque adificationem. Conf. Psalm. CVIII, 1. seq.

USUS E VERSU X.

(1) Celebrandus est Deus palam atque solemniter.

(2) Non tantum domesticis, sed & totis nationibus ac populis, innotescere debet Dei gloria. v. L. de Confessione fidei. item de laudibus Dei: præc. II.

(3) Latet hic instans Gentium ad ecclesiam Christi collectio.

USUS E VERSU XI. & XII.

De VERSU XI. dictum Pf. XXXVI, 6.

De VERSU XII. supra v. 6.

tiam non loquebantur: rectè non judicabant: v. 2. (b) Malorum in corde machinatio: v. 3. (c) violentiæ nequissimæ multiplex exercitum ib. (d) corruptio inveterata: ab alienati sunt ab utero: v. 4. (e) error, (f) mendaciloquium: